

# MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

## PROPER of the MASS

### COMMON OF A MARTYR NOT A BISHOP (Outside Eastertide)

“LAETABITUR ”

*Ps. 63.11,2* INTROIT

LAETABITUR iustus in Domino, et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Ps. Exaudi, Domine, orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. *Ÿ*. Gloria Patri.

The just shall rejoice in the Lord, and shall hope in Him: and all the upright in heart shall be praised. Ps. Hear, O God, my prayer when I make supplications to Thee: deliver my soul from the fear of the enemy. *Ÿ*. Glory be to the Father.

PRAESTA, quaesumus omnipotens Deus: ut intercedente beato N. Martyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberemur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

COLLECT

Grant, we beseech Thee, almighty God: that through the intercession of blessed N., Thy Martyr, we may be delivered from all adversity that may happen to the body, and may be cleansed in mind from evil thoughts. Through our Lord.

*2 Tim. 2. 8-10; 3. 10-12*

CARISSIME: : Memor esto Domini Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum, in quo laboro usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, ut et ipsi salutem consequantur, quae est in Christo Iesu, cum gloria caelesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiae, Iconii, et Lystris: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

EPISTLE

Dearly beloved: Be mindful that the Lord Jesus Christ is risen again from the dead, of the seed of David, according to my gospel. Wherein I labor even unto bands, as an evildoer; but the word of God is not bound. Therefore I endure all things for the sake of the elect, that they also may obtain the salvation, which is in Christ Jesus, with heavenly glory. But thou hast fully known my doctrine, manner of life, purpose, faith, longsuffering, love, patience, persecutions, afflictions: such as came upon me at Antioch, at Iconium, and at Lystra: what persecutions I endured, and out of them all the Lord delivered me. And all that will live godly in Christ Jesus, shall suffer persecution.

*Ps. 36. 24, 26*

IUSTUS cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. *Ÿ*. Tota die miseretur, et commodat: et semen eius in benedictione erit.

*Jn 8.12*

ALLELÚIA, allelúia. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitae aeternae. Allelúia.

*From Septuagesima the Alleluia and the Verse Qui sequitur are omitted and the following is said:*

*Ps. 20. 3, 4*

DESIDERIUM animae eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudisti eum. *Ÿ*. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis. *Ÿ*. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

*Matthew 10. 26-32*

IN illo témpore: Dixit Iesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelabitur: et occultum, quod non scietur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, praedicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeressse veneunt? Et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in caelis est.

*Ps. 20. 4, 5*

POSUISTI, Domine, in capite eius coronam de lapide pretioso: vitam petiit a te, et tribuisti ei, alleluia.

GRADUAL

When the just man shall fall, he shall not be bruised: for the Lord putteth His hand under him. *Ÿ*. He showed mercy and lendeth all the day long: and his seed shall be in blessing.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. He that followeth Me walketh not in darkness, but shall have the light of life eternal. Alleluia.

TRACT

Thou hast given him his heart's desire; and hast not withholden from him the will of his lips. *Ÿ*. For Thou hast prevented him with blessings of sweetness. *Ÿ*. Thou hast set on his head a crown of precious stones.

GOSPEL

At that time, Jesus said to His disciples: nothing is covered that shall not be revealed: nor hid, that shall not be known. That which I tell you in the dark, speak ye in the light: and that which you hear in the ear, preach ye upon the housetops. And fear ye not them that kill the body, and are not able to kill the soul: but rather fear him that can destroy both soul and body in hell. Are not two sparrows sold for a farthing? and not one of them shall fall on the ground without your Father. But the very hairs of your head are all numbered. Fear not therefore: better are you than many sparrows. Every one therefore that shall confess me before men, I will also confess him before my Father who is in heaven.

OFFERTORY

O Lord, Thou hast set on his head a crown of precious stones: he asked life of Thee, and Thou hast given it to him, alleluia.

SECRET

ACCEPTA sit in conspectu tuo, Domine, nostra devotio: et eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solemnitate defertur. Per Dominum.

May our offering be acceptable in Thy sight, O Lord, and may it benefit us by the prayer of him on whose feast it is offered. Through our Lord.

COMMON PREFACE

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeternus Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim sociâ exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

*John 12. 26*

QUI, mihi ministrat me sequatur: et ubi sum ego, illic et minister meus erit.

COMMUNION

If any man minister to Me, let him follow Me: and where I am, there also shall My minister be.

POSTCOMMUNION

REFECTI, participatione muneris sacri, quaesumus Domine Deus noster: ut, cuius exsequimur cultum, intercedente beato N. Martyre tuo, sentiamus effectum. Per Dominum.

We who are refreshed by partaking of Thy sacred Gift, beseech Thee, O Lord, our God, that through the intercession of blessed N., Thy Martyr, we may experience the fruits of that which we worship. Through our Lord.